



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CLVIII. Herzog Mastwin von Pommern trägt den Markgrafen von  
Brandenburg die Schlösser und Lande Stolp und Zlawen zu Lehn auf und  
verbindet sich mit denselben zum gegenseitigen Beistande, am 3. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

mam manualiter uobis resignabimus, cum primum in uestra presentia fuerimus constituti, et hoc simul vel vnus post alterum faciemus tempore oportuno.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

**CLVIII.** Herzog Mastwin von Pommern trägt den Markgrafen von Brandenburg die Schlösser und Lande Stolp und Zlawen zu Lehn auf und verbindet sich mit denselben zum gegenseitigen Beistande, am 3. September 1273.

In nomine domini Amen. Nos mastwinus, dei gratia pomeranorum dux, notum esse volumus tam presentibus quam futuris crisi fidelibus uniuersis, Quod illustrium principum dominorum nostrorum Johannis, Ottonis et C. marchionum brandenburg. sinceritatem fideique non ficta constanciam discretionis oculo uerius intuentes, ob spem fauoris et gratie nec non adutorii, perpetuo nobis et nostris pueris faciendi, eisdem marchionibus castra et terras nostras, scilicet stolp et zlawen, cum omnibus eorundem attinentiis et iuribus de bona nostra voluntate resignauimus et eisdem terras cum castris prenomina- tis feodali tytulo recepimus ab eisdem, omaggio et fidelitate debita ipsis facta, et hoc ipsum nostris pueris seruabunt inuolabiliter eadem bona post nostram mortem ipsis modo simili conferentes, solummodo illa terra excepta, que nobili viro domino h. de keuernberg, sororio nostro dilecto, a nobis dignoscitur assignata, nosque nichilominus habebimus dandi de eisdem nostris bonis, bono et honesto modo, pro salute anime nostre, ecclesiis vel cenobiis liberam facultatem. Ad hec promissimus dominis marchionibus data fide, quod ipsos et ipsorum heredes, sine aliqua fictione et dolo, manu iuuabimus infra decem septimanas, postquam ab ipsis requisiti fuerint (fuerimus?) et moniti, contra quoslibet hostiliter ipsos et heredes ipsorum volentes inuadere, ubi ipsis iusta vel amicabilia nequiuimus placita procurare, solo tamen domino bolizlao, Illustri duce polonie, excepto, contra quem tamen dictos marchiones iuuabimus ut premissum est, si causam contra marchiones prosequi uoluerit minus iustam, et cessare, monitus a nobis, noluerit ab eadem; quod et dicti marchiones, una cum nobilibus uiris domino walthero de arnsten, domino Gunthero comite de dorenborch, fide data nobis similiter promittentes, nobis et nostris pueris sine qualibet fictione et dolo facient vice versa. Vt igitur predicta omnia a nobis et a nostris pueris in perpetuum inuolabiliter obseruentur, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec, dominus h. Caminensis Episcopus, Beteko de bentz, Georius et Thydericus de kirchowe, C. cliest, heydenricus de bentz, et alii quam plures. Actum et datum in ponte drawe, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXIII<sup>o</sup> tertio Non. Septembris.

Nach dem Copialbuche I. C. 4 in quarto des K. Geh. Kabinet-Archives. — Ungenauer Abdruck bei Gercken Cod. I, 210. 211.